



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris
Theologi, Academiae Parrhisie[n]sis**

Clicthove, Josse

[Köln], 1525

VD16 C 4189

Bonorum spiritualium communicatio[n]em, inter membra corporis mystici
fieri: & unius inalterum distributionem. XVIII

urn:nbn:de:hbz:466:1-36183

actionem in nobis suscipere, nihil ei coëfficientes: non deo dixisset propheta: omnia opera nostra operatus es, sed, omnia opera tua operatus es nobis. Cum itaq; testetur propheta, deum omnia opera nostra esse operatum: constat profecto nos illorum operum esse etiã effectores, ob quod, merito nostra dicantur. ¶ **XIII.** Demũ & oculus ipse lumine phœbeo collustratus, & illius adminiculo colores discernens: idem dilucide pandit. Nempe in naturali illa uisione, oculus non solũ receptat in se lumen à sole, superne sibi infusum; sed & natua uirtute perficit unã cũ lumine uisionẽ coloris, & ipsi cooperatur lumini. Si enim irradiatio illa solis dũtaxat oculo insulgeret, non coëfficienti uisionem: sed sopito & torpido, quemadmodum accidere solet ijs, qui apertis oculis & nullo palpebrarum uelamine adopertis, somnum capiunt: nulla tum fieret per oculũ discretio colorum aut inspectio, quod uis illa natua oculi nõ esset ad actionem uitalem excitata, sed ligata, segnis & torpens nõ aliter in se lumen suscipiens, quã speculum inanime & arte politum, imaginem, quam non discernit. Haud absimili modo anima rationalis, ad bonũ opus agendũ: & gratiam dei, ut fulgorem quendam spirituale & calorificũ, in se admittit: & adiuta illiº subsidio, cooperatur ipsi ad illius boni operis productionẽ. Quocirca nõ solum patitur ipsa: sed & agendi illius operis uim quandã obtinet. ¶ **XIII.** Postremum, **Mat. 7** in euangelio frequenter homo bonus confertur arbori bonæ: sicut & malus malæ. ut cum ait dominus noster. Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum: excidetur, & in ignem mittetur. Atqui arbor ut fructum suum proferat: non solum à terra suscipit alimentum, & à solari uirtute uim uiuificatricem & productricem: sed etiam genuina uis & intima formæ substantialis actione coëfficit ad ipsius fructus æditionem. Igitur & homo, tanquã spiritualis arbor plantata in horto dominico: cooperatur superne gratiæ, ad fructus bonorum operũ largiter proferendos. ¶ Sed de his hactenus. Quod autem subnectit in prædictis uerbis Lutherus, nos relicta operũ fiducia, soli dei fiducię inniti debere: supra excessum est & improbatũ, capite huius libri decimotertio.

¶ Bonorũ spiritualiũ cõmunicationẽ, inter mēbra corporis mystici fieri: & unius in alterũ distributionẽ. **Cap. XVIII.**
Sed



Ed nec illud est oscitanter pertranseundum: quod 1.
 circa hunc locum subiicit Lutherus, damnans eos
 atq; improbens, qui morituris peccatoribus comu-
 nicant opera sua bona: his uerbis. Ecce do tibi quic
 » quid boni feci in uita mea, confidentes in suis operi
 » bus: quasi possint non solum sibi, sed & alijs prodesse ad salutē. At
 » Christi solius proprium est (inquit) suis meritis & operibus iuuare
 » & saluare alios. Cæterorum opera, nullis nec sibi ipsis profunt. ga
 » stat sentētia. Iustus ex fide sua uiuet. Et paulo post. Christiani dif-
 » finitio est hæc. Credens solius Christi operibus solis, sine proprijs iu-
 » stificari, à peccatis liberari & saluari. Christi diffinitio est, Qui sal-
 » uum facit populum suum à peccatis eorum: donans illis uniuersa
 » sua merita & uniuersam iustitiam. Fides autem & opera: in re iusti-
 » ficationis, extreme aduersantur. Hæc Lutherus. ¶ In quibus qui
 » dem uerbis: duo continentur errores pestiferi. Primus astruens ali-
 » quorum bona opera non posse alijs ad salutem prodesse, nec com-
 » municari: excepto Christo, cuius iustitia prodest uniuersis. Secun-
 » dus uero est, solam fidem sine operibus sufficere ad uitam: nec o-
 » pera nostra ad salutem nobis ipsis quicquã conducere, quinimmo
 » fidē & opera in iustificatione hominis omnino repugnare. Verū
 » quoniam huius secundi erroris sæpius à Luthero etiam locis alijs
 » inculcati, impietas, monstrata est in uicesimo septimo capita primi
 » libri, & sacris literis & rectæ rationi penitus aduersari: non est cur il-
 » li confutando amplius immoremur. Sed ad priorem illum eliden-
 » dum, negantem quempiam suorum bonorum participationē alijs
 » posse elargiri, comunicareq; consortiū: exacueda sunt rationū tela.
 » ¶ In primis siquidē perspicimus in toto naturæ opificio & singulis
 » eius partibus: hanc bonorū in alia comunicaciónē elucere. Quip-
 » pe supremo collocati culmine angelici spiritus: acceptos (ut diuin⁹
 » ait Dionysius) à deo sine ullo interstitio supernos fulgorestraiçiūt
 » in eos, qui medio collocantur ordine. & hi eosdē dispartiunt in po-
 » stremos. In cælestiū uero globorū regione, nō modo sol: sed & lu-
 » na & astra fulgida suā claritatē diffundūt in subiectū aërem, comu-
 » nicantq; oculis mortalium. Demū in hac sublunari & elementari
 » mūdi parte, ignis & suū calorē & splendorē in proxima primū cor-
 » pora: deinde uero in distātiora traducit. Quis igitur recte cēsuerit
 » X hominē

Abacuc. 2

Mat. 2

II.

III.

Dionysius.

LIBER TERTIVS.

hominē (propter quē, sensibilis hęc mūdi machinā est cōdita) hūc ingenuū naturę conatū in rebus omnibus exploratū, imitari non posse: nec quę obtinet bona spiritalia, alijs cōmunicare: Certe si id daretur; esset homo, inanimis etiā corporibus abiectior, si qua habēt: in alia cōmunicātibus. ¶ Rursum. In corpore naturali non modo caput sublimi sitū fastigio, cæteris mēbris cōmunicat influxum, uirtutē & motū: sed & cætera etiam mēbra, præfertim cor & stomachus, q̄n immo naturali q̄dā instinctu unūquodq; mēbrū alteri est p̄sidio: per sollicitā eorū que obtinet bonorū dispartitionē. Atq; corporis mystici caput, Christus est: singuli autē (ut ait apostolus) alter alterius membra. Non igitur solū Christus sua bona nobis cōmunicat: sed etiā quisq; hominum spiritalia bonorū operū diuitias alijs impartiri potest & distribuere. Alias perfectior esset mēbrorū corporaliū: q̄ spiritaliū, inter se habitudo. ¶ Præterea. Mēbra corporis mystici maxime debēt eniti ad imitationē sui capitis: in ijs quę mēbrorū cōditioni nō repugnāt, quoniā in hoc consistit summa perfectionis mēbrorū: si q̄ proxime possunt, conformātur capiti. Et hinc beatus apostolus in suis epistolis tantopere nos hortatur: ut simus imitatores Christi. Atqui caput nostrum Christus: sua bona cōmunicat benigno influxu membris suis, & huiusmodi bonorum in alios cōmunicatio: nullo pacto aduersatur mēbrorum qualitati & cōditioni. cum uideamus in fruticibus & arbustis, radicem, susceptum alimentum & humorem deriuare in ipsum truncum: & deinceps truncū quod susceperit nutrimentū dispergere in ramos, & demum ramos in frondes, flores & fructus. Ergo ad imitationē capitis: & membra corporis mystici possunt alijs sua bona cōmunicare, & ad hoc debent generoso animo eniti. ¶ In sup̄ beat⁹ Thomas Aquinas in opusculo suo de expositione symboli apostolorū, cæteris eius opusculis inserto & annexo: explicās hūc articulū, Sanctoz; cōmunionē: ait. Sicut in corpore naturali, opatio unius mēbri cedit in bonū totius corporis: ita in corpore spiritali, scilicet ecclesia. Et quia omnes fideles sunt unū corpus: bonū unius alteri cōmunicat. Nā ait apostolus ad Romanos duodecimo capite. Singuli autē, alter alterius mēbra. Vnde & inter alia credēda q̄ tradiderūt apostoli: est q; cōmunio bonorū sit in ecclesia, & hoc est quod dicitur, sanctoz; cōmunionē. Inter alia uero mēbra ecclesię, principa-

le membrum est Christus: quia est caput, quemadmodum ait Paulus ad Ephesios primo cap. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam: que est corpus ipsius. Bonum ergo Christi communicatur omnibus Christianis: sicut uirtus capitis, omnibus membris. Et hæc communicatio fit per sacramenta ecclesie, in quibus operatur uirtus passionis Christi: quæ operatur ad conferendam gratiam in remissionem peccatorum. Hæc Thomas. Ex quibus uerbis perspicuum est: hunc esse articulum fidei in symbolo apostolorum inter ceteros comprehensum, quod communio bonorum spiritualium & capitis in membra, & membrorum in alia membra: est in ecclesia, qui quidem articulus explicatur hisce uerbis, sanctorum communionem. Lutherus igitur, obdurata fronte negans bona opera unius fidelis posse alii communicari: desiscit ab integritate fidei, & prædictum negat articulum. ¶ Ad hæc. Idem probatissimus author: circa finem expositionis prædicti articuli, subnectit. Sciendum est etiam, quod non solum uirtus passionis Christi communicatur nobis: sed etiam meritum uitæ Christi, & quicquid boni fecerunt omnes sancti, communicatur in charitate existentibus, quia omnes unum sunt. Vnde ait psalmista. Particeps ego sum omnium timentium te. Et inde est quod qui in charitate uiuit: particeps est omnis boni quod fit in toto mundo. sed tamen specialius illi: pro quibus specialius fit aliquod bonum. Nam unus potest satisfacere pro alio: sicut patet in beneficiis, ad quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergo per hanc communionem consequimur duo. unum scilicet: quod meritum Christi communicatur omnibus. Aliud: quod bonum unius communicatur alteri. Hæc Thomas. Sed quomodo uir iustus erit particeps omnium timentium dominum, & custodientium mandata eius: nisi fiat bonorum unius in ceteros communicatio, & mutua quædam atque reciproca bonorum operum inter fideles participatio? Ex ipsius igitur psalmographi sententia: etiam astruitur hæc bonorum unius in alterum communicatio. ¶ Amplius. Complura sacrarum etiam literarum exempla testificantur hæc bonorum communicationem. Siquidem benedixit dominus ipsi Laban ad introitum Iacob: in bonorum temporalium multiplicationem. Benedixit item dominus domui Aegyptii: propter Ioseph uenturum illi in seruum. Et cum arca dei tres menses maneret in domo Obadom: benedixit dominus domui hospitis ipsius arcae. Quid ergo faciet arca uiua & animata: anima scilicet uiri iusti: nonne maiora bona

X 2 scilicet

Ephe. 1

VII.

Psal. 118.

VIII.

Gene. 39
Gene. 39
2. Regu. 6

LIBER TERTIVS.

3. Regū. 17 scilicet spiritalia: in alium transfundere poterit: Helias itidem propheta, uiduæ Sareptanæ susceptus hospitio: farinam eius multiplicauit & oleum, insuper & filium ipsius mortuū suscitauit. Et Heliseus propheta, mulieris Sunamitidis domo receptus: & filiū illi impetrauit cum ante fuisset sterilis, & deinde illū extinctū reuocauit ad uitā. Si hæc beneficia tēporalia cōmunicarūt sancti patres alijs, cum quibus diuersabantur: nonne longe amplius spiritalia ipsdem gratiarū dona (ubi nullus erat obex) impartiuērunt? Demū factissima uirgo Maria iam dei filio pro nobis in carnato oppignerta, cū uisitauit Elizabeth: nonne merito suo id obtinuit atq; præsentia, ut exuberantia gratiæ (qua erat refertissima) transfunderetur in sanctā cognatā suā, et in filiū ei⁹ utero adhuc materno clausum: ut ad primā salutationis eius uocē, & repleta fuerit spiritu sancto Elizabeth: & exultauerit in gaudio infans in utero eius. Sed quid hoc aliud fuit: q̄ bonorū deiparæ uirginis in alios propagatio atq; deriuatio? ¶ Occurrent facile cuius & alia q̄ plurima exempla in sacris conscripta literis: quæ huius rei fidē faciant, cōmunionē scilicet bonorū unius in alios esse. ut de Abraā, Moysē, Dauid & cæteris: promptū esset ostendere. Cur em̄ dixisset dominus ad Isaac, se benedicturū illi & multiplicaturū semen illius propter Abraæ obedientiā & iustitiā: nisi fuisset bonorum operū Abraæ patris in Isaac filiū cōmunicatio? Cur etiam Ezechiaē regi Iuda denunciasset deus per Esaiam prophetā: se protecturū urbē Hierusalem, propter Dauid seruū suum: nonne cōmemoratio illa priscorum patrū: designat nobis eorū merita posteris profuisse, & impetrasse à deo bñficia? Cur etiam in oratione sua Moyses orans pro populo Israëlitico uituli cōflatis adoratiōe cōtaminato, & Azarias in fornace Babylonica, recēsuissent antiquorū patrū Abraā, Isaac & Iacob noīa: nisi ut iustitiæ illorū cōtēplatione, deus posteritati eorū bñficeret? Cumq; Moyses toti populo impetrasset criminis illius ueniā: nōne qd̄ in se erat bonū, alijs (quos syncæro dilexit amore) impartiuit? Similiter beatus Paulus cū ducētas & septuaginta ex animas sibi à dño donatas seruauit incolumes ab impendente naufragio: nōne cōmunicabilitē bonorū in alios fieri posse oñdit? Obmutescat igit̄ Lutherus: tot exēploꝝ testimonio cōuictus. ¶ Demū, si nō pōt fieri bonorū spūaliū unius in aliū cōmunicatio, ut contendit

tendit **Lutherus**: non esset igitur unquam pro alijs uiuentibus facienda oratio, neque offerendum altaris sacrificium, aliud uel pius opus exercendum. quod bona uiuentium opera: nihil salutis aut fructus spiritualis possent alijs etiam uiuentibus conferre. Quinimmo & eodem deueniret insania, quod bona sanctorum opera, cum uita hic ageretur, facta: non potuerint alijs prodesse. & demum, quod orationes sanctorum in caelis cum Christo regnantium: uiuentibus suffragari non possint, ex quo consequens esset, nec ipsos orare pro nobis: neque a nobis orandos neque honorandos esse, quod extremae impietatis & amentiae est astruere: ut a nobis in opusculo bipartito de ueneratione sanctorum, est monstratum. Deinde & in id incidemus incommodum, si inficiati uoluerimus bonorum unius in alios communicabilitate: quod suffragia uiuentium non prosint defunctis, loco purgatorio detentis. & proinde non esse pro illis orandum: aut pius aliquid opus agendum, quod praecedentis libri ca. uicesimo septimo, diffuse est reprobatum. Ecce triplicem impietatis hydram: uiuentes pro uiuentibus orare non posse; sanctorum suffragia non prodesse uiuis, & uiuentium suffragia non prodesse mortuis, ex terra illa lacuna, immo tristissima consurgente: quod non possint unius bona opera, alijs communicari. Si quis ergo tutus esse uelit ab huius tricorporis hydrae pestifero afflatu: admittat cum sancta ecclesia, bonorum unius in alium communicationem. ¶ Postremum. Non minoris est efficaciae bonum opus, ut in alium quam auctorem suum diffundat: quam malum, ut etiam alijs quam ei qui admiserit illud, officiat. Est enim bonum, in affirmatione, & potentia: ut lux, uita & calor. Malum uero, in negatione & priuatione: ut tenebrae, mors & horridum frigus. Atqui malum ab aliquo perpetratum: transfunditur etiam in alios, quantum ad nocendi perniciem & detrimentum. quemadmodum primorum parentum transgressio, in tota posteritate eorum est traducta: & unius delicto (ut ait apostolus) peccatorum constituti sunt multi. Et in Exodo legit dominus dixisse ad Moysen. Ego sum dominus deus tuus, fortis, zelotes: uisitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. Multo igitur amplius & bona unius opera communicari possunt alijs atque distribui: quantum ad profectum, ut per unius iustitiam, iusti constituantur multi. ¶ Postremum. contra **Viclefum** haeticum, negantem hanc meritum unius in alios communicationem (quam in hac impietate, ut & in alijs copulsculis, hic consecrat **Lutherus**) agens honorandus pater

XI.

Gene. 3

Roma. 5

Exodi. 20

XII.

LIBER TERTIVS

Thomas Walden. **Thomas Walden**, in suo libro de sacramentalibus cap. nonagesimo tertio & duobus proxime sequentibus: multipliciter ostendit, ex ueteris & noui testamenti scriptura deduci hanc meritorum communicationem. Christum item & apostolos, sanctosque patres posteris natos seculis, eandem alijs impartisse: quinimmo & ethnicos illam sibi concedi petiuisse. In reliquis uero eiusdem tituli decimi capitibus (quae usque ad centesimum quartum protendunt) obiectiones uidefi contra hanc meritoque participationem uibratas: ualide retundit.

¶ Tres uirtutes circa quas uota monastica uersantur, non solum libere seruari posse: sed etiam uoto promitti, exemplo sanctorum patrum, doceri que ut uoueantur. & promissa exigi. **Cap. XIX.**

I. »



¶ **Quarta Lutheri obiectione.** Paupertas, obedientia, & castitas, perpetuo quidem seruari potest: uoueri autem, doceri & exigi non potest. quia in seruando manet libertas euangelica: in docendo uero, uouendo, & exigendo, non manet. Ideo sancti qui ea seruauerunt: libere seruauerunt, seruaturi etiam, si nec uouissent nec docti nec exati fuissent. Quinimmo beatus Antonius hoc carimoniale monachorum genus prorsus ignorauit. libere celebs uixit: & libere etiam incoluit iuxta formam euangelij. Posterius uero eius, libertatem ipsius in necessitate uerterunt: & seruitutem ex illi fecerunt instituto, & solam Antonianam regulam speciem secuti sunt. Ita in principio cum monachi sponte ac libere continerent, obedirent ac pauperes uiuerent: postea transit illa obseruatio in preceptum. Nec ullus fuit Pannutius qui illis resisteret: sicut ipse legitur in concilio Niceno obstitisse caelibatui clericis imponendo. Non igitur probandum est id uoti genus: quod hac tempestate in monasterijs obseruatur. **Hac Lutherus.**

II.

¶ **Responsio.** In assumpta primo loco propositione: prima pars penitus repugnat secundae, & aduersatur. Si enim unaqueque illarum trium uirtutum seruari potest: consequens est quamque earum & bonam esse, & animam salutare. Et cum nulla earum sit ad salutem simpliciter necessaria, nec a deo precepta: constat earum quamlibet esse debitam uoti materiam, & ergo uoueri posse. Quod si queque ipsarum recte uoueri potest: cur non poterunt doceri homines, ut uoto se astringant ad cuiusque illarum obseruationem: cum huiusmodi doctrina, sana sit & recta, animaeque saluti conducens: suffulta (ut late est prius ostensum) uarijs scripturae testimonijs.